

081  
079  
085  
075  
090  
070  
130  
030  
180

**TABULARUM RUD.**

minuto, est pars æquationis Physica. Uterq; mente additi invicem constituunt Anomaliam Mediam. Hæc n. non exprimitur aliter in cella sua, quam per istas suas binas partès.

Respondet autem huic Anomalie Eccentri & huic Medie sua coæquata in eadem linea, sed in columella Media, quæ in Luna est dextima.

**30°** Exemplo fit cella in Tabula Lune Æq. ista  
I. 14'. 59". Hic 30° est Anomalie Eccentri Lune: ar 1°. 14'. 59" est pars æquationis physica, quæ Anomalie media [sic dicta] colle illius, superat super scriptam Anomaliam Eccentri 30°: id est, Media [sic dicta] Anomalie hujus cella, est 31°. 14'. 59" [Et huc Anomalie media, ut & illi Anomalie Eccentri, respondet Anomalie coæquata 28°. 46'. 23" in dextera columella ejusdem lineæ.

Igitur proposita aliquâ Anomaliâ Mediâ in gradibus, Scrupulis & Secundis, (pro quolibet signo sumendo 30° gradus) si ea fuerit minor semicirculo seu gradibus 180°; quod in planetis fit semper, propter præceptum antecedens; quære in primis columellis Mediam, proximè minorè, semper mente accensitis in unam summam duobus numeris, in eadem cella invicem subordinatis; & coæquatam illi respondentem ex columella secundâ excipite: Ipsam verò proximè minorem Tabulæ, subtrahe à proposita tibi: excessum multiplica in intercolumnij Gradus, Scrupula & Secundis; quod prodit, adde ad coæquatam illam exscriptam: ita conficitur Anomalie coæquata; cui propter usum sequentes apponatur titulus Add. in primo casu præcepti antecedentis, in secundo, Subt.

Si verò proponatur Anomalie media semicirculo major, quod in Luna spectandum est, quâdo locus ejus verificatur extra copulas; subtrahatur ea à circulo integro; cum residuo excerpatur Coæquata ut prius; & hæc vicissim subtracta à 360°, relinquet Coæquatam semicirculo majorem, de qua querebatur. Et si in præcepto generali, computandi motus Planetarum sex, non erit opus coæquata semicirculo majore.

In hoc præcepto, etsi videtur onerari calculator subtractione Anomalie mediae ex Tabula, ab anomalie Media proposita, ut qua subtractione non est opus in Tabulis usitatis: at vicissim levatur additione æquationis, quam imperant usitata. Nec ex novationis studio mutata est forma Tabularum, sed quia forma Hypotheseos Physi- ca id postulavit.

**COMPENDIUM PER LOG-  
ARITHMOS SUMMENDI  
partem proportionalem.**

**U**T verò sublevertis multiplicatione Logistica neglecto intercolumnio, excipite ejs Logum super scriptum in eadem intercolumnii cella, cum titulo Additionis, si intercolumnium ipsum fuerit minus uno gradu; Subtractionis, si majus. Deinde cū excessu Anomalie mediae propositæ, super proximè minorem tabulæ, ingredere Heptacoliadis columellâ sexagesimariam, & excerpere è regione Logarithmum Logisticum, ei subordina Logarithmum intercolumnii, quem prout titulus ejus jubebit, vel adde vel subtrahe à

Log. mo Logistico Excessus: quod fit, erit Logarithmus partis proportionalis, excerpente ex columellâ Heptacoliadis sexagesimariâ, sinistra ut plurimum.

Atq; hic notent imperiti aut insueti Analytices seu Colle; Si excessus major sit uno gradu, operandum esse cum Scrupulis, uni gradui adherentibus: quotienti addendū intercolumniū ipsum totum; ita conficietur justa pars proportionalis, Potest etiam aliter fieri, sed hæc ratio est facilima, Vicissim circa intercolumniū majus uno gradu, contingere potest, ut ejus Log-us privativus sit major Log-o positivo Excessus; ita ut subtrahi ab illo nõ possit. Hoc verò indicio est, partè proportionalem fore majorem uno gradu. Tunc igitur vicissim Log-us Excessus subtrahatur, à Log-o intercolumnii, reliqueturq; Log-us, qui ex Sexagesimariâ columellâ, non jam sinistra, sed dextra privativorum, ostendet partem proportionalem quæ sitam, majorem se, uno gradu.

**EXEMPLUM.**

*In Genesi RUDOLPHI Superius inventi sum*

<i>Solis ab æquinoctio medius</i>	4. 6. 14. 22	<i>G.</i>
<i>Apogei ab eodem, antecedens</i>	3. 4. 54. 37	<i>G.</i>
<i>Ergo Solis Anomalie Media</i>	1. 1. 19. 45	<i>H.</i>
<i>Id est</i>	31. 19. 45	<i>I.</i>
<i>Hac invenitur proximè minor</i>	30. 30. 56	
<i>Log-us ex Hept. 20627. Excessus</i>	48. 49	<i>K.</i>
<i>Log-us super se. 3090. Inter column:</i>	58. 10	<i>L.</i>
<i>M. Summa 23717. dat part. prop. 47. 20</i>		<i>O.</i>
<i>Respondet autem inventa min. 29. 29. 18</i>		<i>N.</i>
<i>Adde fit coeq. quæ sita</i>	30. 27. 28.	<i>P.</i>
<i>Seu</i>	1. 0. 27. 28	

Huic verò appone titulum *Adde, quia supra Apogæum à motu medio fuit sub altum.*

*Sic in Saturno, erant*

<i>G. 11. 5. 35. 5</i>	<i>Motus medius ab æquin.</i>	
<i>G. 8. 24. 56. 28</i>	<i>Aphelij ab æquin. Sub.</i>	
<i>H. 2. 10. 38. 37</i>	<i>restat Anomalie media</i>	
<i>70. 38. 37</i>	<i>Resoluta in gradus</i>	
<i>I. 70. 0. 23. dat</i>	64. 1. 34	<i>N.</i>
<i>K. Exc. 38. 14</i>	<i>Log. 45060</i>	
<i>L. Int. 57. 16</i>	<i>Log. 5790</i>	
<i>M. Summa</i>	49780 dat 36. 28.	<i>O.</i>
<i>Ei coæquata quæ sita</i>	64. 38. 2	<i>Add. P.</i>
<i>Seu</i>	2. 4. 38. 2	

*In Jove.*

<i>G. 4. 9. 27. 23</i>	<i>Motus medius ab æquin. Sub.</i>	
<i>G. 6. 6. 13. 54</i>	<i>Aphelij ab æquinoctio</i>	
<i>H. 1. 26. 46. 31</i>	<i>Restat Anom. med. Compl.</i>	
<i>56. 46. 31</i>	<i>Resoluta in Gradus</i>	
<i>I. 56. 14. 5. dat</i>	51. 47. 42	<i>N.</i>
<i>K. Exc. 32. 26.</i>	<i>Log. 61520</i>	
<i>L. Int. 56. 38.</i>	<i>Log. 5790</i>	
<i>M. Summa</i>	67310 dat 30. 36	
<i>Ei coæquata quæ sita</i>	52. 18. 18. Sub.	
<i>Seu</i>	1. 22. 18. 18.	

*In Mar.*

Ende

Anfang